

amine requirendos cautius temperant. sed horū uterq; non ruminat nec reuocat  
ruminacionem. non enim ea quae in lege scripta sunt audiens mediātor ac re-  
uocat ad sapientem & spiritalē intelligentiam. sed statim ita audierit aliquid  
aut contempnit aut dispicit. nec requirit quae in uulgarib; uerbis practioris la-  
teat sensus. & ecce sunt isti quidem diuidentes unguilam sed ruminacionem  
non reuocantes. Tu autē qui uis esse mundus conuenientem habere & consonam  
uitam scientiae & actus intellectui. ut sis in utroq; mundus sit & reuocet rumi-  
nacionem & unguilam diuidas. sed & unguilas ut producas siue abicis. Requira-  
mus & huius rei testimonium quomodo unguilas producimus. uelut alibi legi-  
tur ab icimus. scriptū est in deuteronomio. si inquit exieris ad bellum aduer-  
sus inimicos tuos. & uideris ibi mulierem decorā specie & concupieris eam ad-  
sumere eam & grades omnem pilum capris eius. & unguilas eius & indues uesti-  
mentis liguilibus. & sedebit in domo lugentis patris suum & matrem suam.  
& domum paternam suam. & post triginta dies erit tibi uxor. Sed hunc non hoc  
est propositum ut haec quae in testimonio uocata sunt explanentur. sed  
propterea diximus. quia & hic de unguilis mentio facta est. uerum tamen  
& ego frequenter exiui ad bellum contra inimicos meos. & uidi ibi in praedā  
mulierem decorā specie. quae cūq; enim bene & rationally dicta inue-  
nimus apud inimicos nostros si quid apud illos sapienter & scienter dictū legi-  
mus. oportet & nos mundare id est absientia aquae apud illos est auferre &  
resicare omne quod mortuum & inane est. hoc enim sunt omnes capilli ca-  
pitis & unguis mulieris ex inimicorū spoliis adsumptis & ita demū facere eā  
nobis uxorem. cum iam nihil ex illis quae per infidelitatem mortua dicuntur  
habuerit. nihil in capite. habet mortuum. nihil in manibus. ut neq; sensibus  
neq; actibus inmundum aliquid aut mortuum ingerat. nihil enim mundū ha-  
bent mulieres hostium nostrorum quia nulla est apud illos sapientia. cur in-  
munditia aliqua non sit admixta. uel im tamen dicerent mihi iudaei. quomo-  
do apud eos ista seruentur. quid causa est quid ratio nisi est decaluarum mulierem  
& unguilas eiusdem. uerbi causa. si ponamus. quod ita inuenierit eam. quid  
citur inuenisse. ut neq; capillos neq; unguilas habeant. quid habuit qd fecerit